DE VITA ET MORIBVS IMPERATORVM ROMANORVM,

EXCERPTA EX LIBRIS

SEXTI AVRELII VICTORIS,

a

Caeſare AUGUSTO vsque ad THEODOSIVM Imperatorem.

CAPUT I.

1 ANno Vrbis[1] conditae ſeptingenteſimo vi-
ceſimo ſecundo; ab exactis vero regi-
bus[2] quadringenteſimo octogeſimoque,
mos Romae repetitus[3] vni prorſus parendi[4]
pro rege Imperatori vel ſanctiori nomine
2 AVGVSTO appellato[5]. OCTAVIANVS igi-
tur patre[6] Octauio ſenatore genitus, mater-
num genus ab Aenea per Iuliam familiam ſor-
titus[7],

EPITOME.

CAPUT I.

1. Romae. 2. ab eo tempore, quo Reges ex Roma fuerant pulſi. 3. mos hic antea iam fuerat Romae, ſed mox abrogatus, nunc autem repetebatur. 4. conſuetudo erat haec, vt omnes vni obedirent regi. 5. qui non rex appellabatur, ſed Imperator, & Auguſtus. 6. a patre,

7. acce-